DIE VII. NOVEMBRIS.

B. PETRI DE RUFFIA MART. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beáto Petro, fámulo tuo, misericórditer tribuísti pro veræ fídei defensióne martyrio coronári : ejus méritis et intercessióne, concéde ut fide, quæ per caritátem operátur ✠ tibi júgiter placére valeámus : Per.

DIE VIII. NOVEMBRIS.

IN OCTAVA OMNIUM SANCTORUM.

SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum Ecce ego Joánnes., Hymnus Jesu Salvátor sæculi., ℣. Lætámini., ad Magnificat Antiphona Beáti estis., ut in j. Vesperis Festi; Oratio Omnípotens sempitérne Deus., ut in ij. Vesperis.

IN II. VESPERIS.

Ad Memoriam Antiphona Salvátor mundi., pag. 748; ℣. Lætámini., pag. 747 ; Oratio Omnípotens sempitérne Deus., pag. 749.

DOMINICA II. NOVEMBRIS.

PATROCINII BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in Nativitate beatæ Mariæ Virginis, die viij. Septembris, mutato nomine Nativitátis. in nomen Solemnitátis., præter hanc Orationem.

Oratio.

DEUS, qui sub beatíssimæ Vírginis Maríæ singulári Patrocínio Ordinem Prædicatórum ad animárum salútem institui ✠ ejúsque perpétuis benefíciis cumulári voluísti : præsta supplícibus tuis ut cujus hódie commemoratiónem cólimus ✠ illíus protécti auxíliis, ad cæléstem glóriam perducámur : Per.